

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej sygn. 801, k. 150v–152v

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuł 51

[51] LI^a

Omnis^b querimonia et testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto [k. 151r] deprehense et deducte fuerint, virum metseptimum [s] protestare oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomachales non fuerint. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur cum furto aut spolio, deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. [c] Insuper eciam manifestum factum ibi esse dicitur, ubi viro cultellus aut gladius, aut alia <arma d> sicca in sua manu deprehensa fuerint, cum qua pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore ductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis. Et <hoc est unum d> si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, stuprum et obsidium, et irruenciam domicilii, homicidium, furtum, spolium, probat homo protestando metseptimus. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere: “Domine iudex <et domini scabini d>, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo iste venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit corpore, rebus et honore muliebri, de quo |f e| sufficiens habeo testimonium per eos, qui meum clamorem audierunt, et ostendere volo factum, ut de iure teneo aut debeo, et requiro in sententia diffinitiva, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc ille petit [s] satisfacionem, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroget in sententia diffinitiva, si mulier violenciam melius [k. 151v] protestare poterit cum hiis, qui clamorem suum audierint, quam ille possit evadere, cum ad iudicium <in facto manifesto d> sit deductus. Tunc diffinitur <de d> iure, quod possit ipsum possibilis vincere cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam evadere possit. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

^a w ramce; ^b ozdobny inicjał wysokości dwóch wersów; ^c znak wskazujący nową sekcję; ^d nadpisane ręką komentatora B; ^e skreślone przez autora podstawy

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]